

constituitur. Conuenit igitur ut cum ipse locus alhileg præcesserit & sup̄ orientalem circulum horizontis fuerit, tempora ascensionum graduū ab ipsa hora usq; ad horam quæ interficit accipiantur, ob hoc quòd post hanc quantitatem temporis æquinoctialis circuli, in loco alhileg qui est orientalis circulus horizontis erit intersector. cumq; fuerit alhileg in linea mediū diei & ascensiones circuli directi secundum quas erit tempus transitus illius partis circuli signorum in circulo mediū diei, accipiantur oportet. Cum autem in occidentali circuli horizontis fuerit numerum temporum, in quibus unaquæq; illarū longitudinum cadit, & occidit, accipiemus; q̄ est sicut numerus graduū ascensionum partium circuli signorū, qui sunt istius opposita. At si locus alhileg cum præcesserit, non in aliquo istorum triū, sed in locis inter ipsa cōstitutis fuerit, p̄fatum tempus ascensionum, & tempus occasus ac tempus transitus per cœli medium, non erunt illa, in quibus loca sequentia ad loca præcedentia: sed erunt in quibus ad differentia loca peruenerint, eo q̄ locus ad quē uadit sequens, loco in quo fuerat præcedens, nec similis nec talis qualis ipse est dijudicatur, nisi cum eius positio, ipsius positioni assimilabitur, & eius pars respectu horizontis & cœli mediū, quemadmodū ipsius pars fuerit. Nec contingit etiam ut respectu horum duorum una sit eius positionis, cum fuerit prope loca, quæ sunt supra semicirculum, ex circulis per locū cōmunem circulo mediū diei, & circulo horizontis transeūtibus. Et hi sunt, quorum unusquisq; unam temporalem efficit horam, æquales ad inuicem ferè. Cum autem hic semicirculus, p̄fatum locum cōmunem circūrotauerit, erit eius positio q̄nq; sicut positio hemisperij, quādoq; uero sicut positio circuli mediū diei. Erūtq; tēpora in quibus circuli signorū partes hæc duo loca pertrāsibūt inæqualia. Tempora uero, in quibus partes circuli signorū, hunc semicirculū transgredientur, cum in certis locis alijs extiterit, quæ differentiū sunt longitudinū, erunt differentia. ¶ Generalem autem modū, per quē operabimur ponemus hoc quod subiūgitur, uidelicet cū præcedens duorū p̄dictorum locorum, in ascendente uel in circulo mediū diei, uel in occidēte, siue in alio loco fuerit, solus ipse locus sequens ibit ad p̄cedentem, secundum tempora quæ per ipsū eundē antecedentem locum pertransibūt. Nam cognito gradu mediū cœli, ac gradu p̄cedentis necnon & sequentis, locum antecedētis gradus prius inuestigando cōsiderabimus, quot temporalibus horis à mediū diei circulo distat, numerando ascensiones quæ sunt sub gradibus, qui sunt inter hunc & cœli mediū gradum, qui super terrā, uel sub terra, in circulo directo cōstituitur. Post hoc eas per numerū temporū horarū quem præcedens gradus habuerit, diuidemus. Quod si super terrā fuerit per diurnaliū horarū tempora, & sub terra fuerit per horarū nocturnaliū tempora, & q̄ exierit, erunt horæ ipsius longitudinis, à mediū diei circulo. Quia propter quia circuli signorū partes, quarū lōgitudo à circulo mediū diei, est una eademq; quantitas numeri temporalium horarū, sunt cadentes super unum eundemq; semicirculum, ex p̄fatis circulis, oportet ut sciamus, in longitudine quanti temporis, ex temporibus æquinoctialis circuli, longitudo gradus sequentis à linea mediū diei, reddet horas temporales æqua-

æqua-